



# Disputatio medica inauguralis de malacia seu pica

<https://hdl.handle.net/1874/30314>

45.

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE

# MALACIA SEU PICA.

*QVAM,*

FAVENTE DEO TEROPT. MAX.

*Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,*

## JOHANNIS MUNNICKS, M.D.

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, atque in Inlyta ejusdem

Academia Medicinæ Anatomæ & Botanices

Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicorum consensu, & Nobilissima*

*Facultatis MEDICÆ Decreto,*

### PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA honoribus, & privilegiis,

ritè ac legitimè consequendis,

*Publico Examini subjicit*

## PETRUS VERYSER, GOESA-ZELANDUS.

*A. D. 17. DECEMBR. horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

---

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clc Ioc xciv.

*Spectatissimis Consultissimisque*

*V I R I S,*

- D. D. CORNELIO van OOSTEE ,  
J. U. D. causarum apud Goesanos  
patrono versatissimo.
- D. D. JOHANNI LEYDECKERO ,  
J. U. D. dignissimo.
- D.D. GUALTERO van WISSEKERKE,  
J. U. D. consultissimo.
- D. D. MATTHÆO van OOSTEE ,  
SS. Th. Studioso. Amicis suis integer-  
rimis summopere, dum spiritus hos re-  
get artus , suspiciendis.

*Hanc Disputationem Inauguralem*

D. D. D.

PETRUS VERYSER ,

*Auct. & Resp.*



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
MALACIA seu PICA.

THESIS I.

**D**isputaturus de *Malacia seu Picā*,  
ut receptæ consuetudini satisfiat  
non inconsultum puto, pauca,  
quæ ad ipsam vocem spectant (vi  
enim vocis rectè intellectâ melio-  
res de ipsâ re conceptus formare  
possimus) prælibare. Poteſt vox  
illa ſumi dupliciter; & primo  
quidem in ſenu communi uſurpatur pro omni molli-  
tie ſeu languore corporis, & tunc derivatur a Græco  
verbo

#### 4 DISPUTATIO MEDICA

verbo *μαλάσσω* mollio: verum tamen intelligunt medici per eam morbum specialiter ita nuncupatum, qui alias quoque dicitur citoſa, picatio; Græcis *κίττα*, vel a picæ varietate, vel quod forſan simili morbo hoc animal obnoxium esse creditum fit.

#### I I.

Ut autem debito modo procedat hæc nostra diſ fertatio, neceſſarium erit, ut a definitione incipiamus. *Eſt autem ( Medicis ) affectus , quo laborantes plurima , quæ a naturâ ſunt aliena , deſiderant comedere.*

#### I I I.

Locus affectus in hoc morbo duplex est, & ventriculus, & cerebrum: ſic etiam duplex poſſet statui cauſa; quæ in cerebro, nihil aliud eſt, quam depravatio ratiocinationis & imaginationis, quâ patien tes ad rem certam comedendam determinantur: cauſa vero morbi in ventriculo eſt humor acris, fermentaceus, falsoſus, nitroſus, & ut plurimum acidus: harum cauſarum prima ſejuſtim eſt species melancholiæ; altera vero ſpecies famis caninæ: quos duos affectus ſi conjungamus, tantum dici potheſt *pica* ſeu *malacia*.

#### I V.

Primam cauſam hujus morbi eſſe ſpeciem melan choliæ patet ſatis ex eo, quod hoc morbo laborantes non

non possint a proposito suo dimoveri: & proinde cum aliquid appetunt, nullā ratione ab usu illius absterre poteris, licet firmissime ipsis demonstres, maxime noxium esse, quidquid tam intemperanter desiderant: & hoc esse effectum melancholiæ nullus negaverit: & causam secundam, quæ in ventriculo hæret, esse speciem famis caninæ, facile colligere est ex eo, quod ea, quæ cum voluptate comedunt, licet sint difficillima concoctu, ab illis facillime nihilominus digerantur: clarum igitur est, humorem noxium ejusdem naturæ in ventriculo hærere, qualis est ille, qui est causa famis caninæ.

## V.

Hoc malo sæpiissime corripiuntur (ut auctores testantur) mulieres ingravidatae & quidem primis gestationis mensibus, & hoc plerumque (ut volunt) a primo usque ad quartum circiter mensem, tuncque speciali nomine nuncupatur *malacia*, & ut plurimum cupiunt comedere sicca, ut cretam, terram, farinam, lutum, cineres, & testas. Clarissimus Tullius historiam quandam refert lib. II. cap. xxiv. de muliere imprægnatâ, quæ tam impense Halecibus faltis delectabatur, ut ante partum comederit mille & quadringentos; attamen sine noxâ, ullove sanitatis dispendio: Hujus affectus exemplum haud minus præclarum narrat Fernelius, qui testatur mulierem quandam insignem portionem calcis vivæ citra noxam devorasse.

## V L.

Morbus hic non raro adoritur puellas, quae nimis diu suppressione mensium laboraverunt; etenim mentes debito modo non profluentes circa uterum stagnant, ibidemque corrumpuntur, postea sanguini uniuerso denuo permiscentur, eundemque inficiunt ob indebitam sanguinis fermentationem & acrem ejus humorem, totaque ejus massa vitiatur ac depravatur: a qua saepe cachexia universalis oritur, tuncque a sanguine in tunicis ventriculi, & cerebro seceruntur humor ille acris, dein & saliva, succus pancreaticus, & cæteri humores in corpore generantur vitiosi, & una cum plerisque & quandoque omnibus functionibus fames quoque depravatur.

## V I I.

Invadit & hic morbus (uti plerique volunt) viros: sed rarissime, & si jam aliquo modo & ex parte viros invaserit, non tam pertinaciter illis adhaeret hoc malum: quoniam ratiociniis, & persuasione magnæ noxae, istius rei quam appetunt, absterrei facilius possunt.

## V I I I.

Si patientes hoc morbo laborantes desiderent comedere quod a natura nostrâ non est alienum ipsis suppeditandum est: sed ea cautione ut si nimiam copiam velint, ut ipsis damnum aliquod adferre posset, omni-

omnino negandum est. Si vero aliquod insalubre, & prorsus a natura humanâ abhorrens cupiant, minimè est concedendum: sed detur ipsis aliquid grati, ut mens absterreatur ab istis horrendis, & ut inclinetur ad istam rem gratam comedendam: nam nullam video rationem quare non ipsis daretur cibus, qui in naturali statu conducit sanitati, & quare in isto statu præternaturali ipsis daretur cibus, qui unicuique nocet.

## I X.

Si hic morbus (quod etiam interdum contingere videmus) post longam inediām prægressam, aut corporis contabescētiām, vel consumptionem, homines invaserit, ut vehementer esuriant, tunc modicā quantitate: sed saepius, & benè nutrientibus facilibusque concoctū sensim & sensim reficiatur æger, ac statum sibi naturalem acquirat: sed hic affectus perperam *malaria*, seu *pica* a plerisque nominatur: quoniam vitium hoc consistit in solo ventriculo.

## X.

Morbus hic est periculosissimus: nam si non citè curetur & omni diligentia cura adhibetur, facile incident in famem caninam, aut anorexiām, & si oriantur ab obstructis mensibus, facillimè in cachexiam, aut leucophlegmaciam incident: si esuriant, omnino non sunt abstinendi a cibo: sed mediocriter ipsis cibus adferatur: nam si ipsis cibus omnino sub-

trahā-

trahatur, incidunt saepenumero in lipothymiam, vel cardialgiam, si vero nimiā quantitate impletur vomitu aut diarrhæā saepissime infestantur.

## X I.

Curatio generalis hujus morbi consistit in correctione, vel evacuatione humoris noxii in ventriculo contenti; qui ut evacuetur & expurgetur, præscribi potest bolus ex electuar. hieræpicr. tartar. vitriolat. & & diagrid. & si ventriculus pravis humoribus valde scateat, potest exhiberi vomitor ex mercur. vitæ cum conserv. rosar. vel ex vitro antimon. oxyfaccharo, vel ex vino emetico ex infusione croc. metallor. &c.

## X I I.

Si vero mulier grava sit, esto nefas vomitorium aut forte purgans exhibere: sed corrigatur humor noxijs, & ut corrigatur, optima sunt salia lixivias, tum fixa, tum volatilia, & alia alterutro abundantia, corallia, margaritæ, oculi canceror. lapis hæmatites, succinum, limatura chalybis, & similia, huc etiam referri possunt inter optima hujus mali remedia spiritus volat. ex vino aliisque paratus, etiam humorem hic maxime noxiūm (acidum scilicet) diluit & enerat sola aqua copiose assumpta, vel copiosus potus Coffe, & præcipue The.

## XIII. Cu-

## XIII.

Curato jam ventriculo, curatio cerebri etiam instituenda est; si autem cerebrum curatum non est, salibus volatilibus antedictis, quibus maxima hujus melancholiæ speciei pars est curanda: cui rei etiam non parum conductit haustus vini generosioris, & per ratiocinia & concatenatam ratiocationem, quibus patientes a rebus omnibus insalubribus dissuadentur, & ad res sanitati conducentes persuadentur: hoc vel simili modo hic affectus debet curari.

## XIV.

In diaeta, aër sit refrigerans, acida magnopere fuginantur, ne humor vitiosus in ventriculo reddatur acidior, & animus hilaris est servandus, ne affectus cerebri, seu species melancholiæ quotidie augeatur: potus sit quoque vinum generosum.



B

CO-

# COROLLARIA.

I.

*Non dantur clysteres nutrientes.*

II.

*In gravidis venæsectio purgatione tutior est.*

III.

*In asthmate vomitoria exhibere periculo non vacat.*

IV.

*Singultus non ventriculi : sed diaphragmatis affectus est.*

V.

*An sanguis menstruus qualitate noxius sit? affirmo.*

F I N I S.

Ad ornatissimum doctissimumque

V I R U M

# PETRUM VERYSER,

Cum Medicinæ Doctor, post habitam publice  
disputationem, magna cum laude, in Atheneo Ultrajectino, promoveretur.

**P**ost varias curas exantlatosque labores,  
**E**t studium infinitum, admetam, DOCTE VERTYSE,  
**T**andem venisti. Laurum tibi doctus Apollo  
(**R**em quoniam medicam TE scit pernoscere) tradet.  
**C**estras Ille comas volet exornare corona,  
**S**acratis, digna, studiis s tua tempora fertis  
**V**sque premet letis, quoniam deviceris agmen,  
**E**x alta, quod TE cupiebat pellere turri.  
**R**ifisti hostiles insultus vincere certus.  
**L**ingenio duros poteras nam solvere nodos,  
**I**n partem adversam poterasque retundere tela.  
**S**ic pergas opto. Terram tunc fama per omnem  
**E**xibit, dotesque tuas laudare nepotes  
(**D**es etenim coget) per postera secula studebunt.

MATTHÆUS VAN OOSTEE.

STUP E E R K R A N S, BA

gewlogten voor den HEER,

Mijn H E E R ,

# PETRUS VERYSER ;

Wanneer zijn Ed. na voorgaande Reedenkaveling,  
inde vermaarde Hooge-School van  
UITRECHT ,

niet zonder groote Lof ,

( op den  $\frac{17}{27}$  van wintermaand 1694 )

ter Artsenije wierd ingewijd.

*Omnis humanos sanat Medicina dolores.* Propert. Lib. 2.  
Eleg. 1.

 Ndien men ooit een kunst in Boeken vond be-  
schreeven ,  
Die door 't geluid der Faam, verëeuwigd zoude  
leeven ,

Die weezen zou het nutste op 't wijde waerelds rond ;  
'Tis zeeker datmen nooit een kunst óf vinding vond ,  
Die meerder lóf verdien en meér moet zijn gepreezen  
Als de eedle konst waar door de ziekte word geneezen.

Geneeskonst is een konst , zo heilzaam , zo vol kragt !  
Dat hij , die door veel pijn en ziekte als legt versmagt ,  
Was raadeloos ; en scheen bij na den geest te gheeven ,  
Door deeze konst in zig gevoeld een ander leeven .

De

De zwakte mens word door behulp van Artsenij  
Allenkskens van zijn kwaal en wreede plaagen vrij  
Gezond en fris gemaakt. Ja alle soort van kranken  
Hersteld deeze eedle konst door kruiderije en dranken.  
Gelukkig die verstaat, met ordeel, deeze kunst,  
Hij word hier door beroemd en wind eens ieders gunst.  
Zijn lóf duurd eeuwig,schoon hij moet van de aarde scheiden.

Met recht VERYSER moet ik dan uw lóf verbreiden;  
Dewijlge in deeze konst zijt eindelijk volleerd,  
Waar van gij geefd een proef; nu gij hier redeneerd  
In't openbaar, en doed ons klaarelijk beschouwen  
De malle lusten die men dikwils ziet in vrouwen,  
Wanneer zij hebben lust om te eeten kalk en zand  
En turf en slijk en steen, en wat men meerder vand  
Van diergelijke stóf: terwijl men U ziet loonen  
Als een van Hippokraats geleerdste Voesterzoonen  
In Utrechts Hooge-School. Zo klimpt gij op den trap  
Van eere en word beroemd door uwe weetenschap  
En tot een teeken dat ge U als een kloek verweerde  
Gekweeten hebt; zal nu de Hooge-School-Regeerde  
De schrandre MUNNIKS U inwijden uit den naam  
Des Raads, die u agt, tot die waardigheid, bekwaam:  
'K wens u geluk met de eer, waar meê me U komt veréeren  
Laat uwe kennisse in Geneeskunst meér vermeéren  
Maak dat ge in de Oeffening, kloek en voorzigtig zijt.

Ga voord in deeze konst, nog verder door uw vlijt  
Wild alle menslen van haar kwaal en pijn geneezen:  
Zo word ge alom bij elk, met agting, vaak gepreezen:  
Versterk den zwakken dan in zijne ziekte en nood  
In spijt van Pluto en van Charon met zijn boot:  
In spijt van Minos en de helstè Raazernijen.  
Volherd in't mensdom van veel' kwaalen te bevrijen:  
Zo word uw naam beroemd in weêrwil van de Dood:  
Zo vliegd uw lóf rondom de wijde waereld-kloot.

### S. VANDER HEIDEN.

# AAN DEN ZELVEN.

**D**US sietmen dat de vlijt tot agtbre wetenschap,  
Die ons allenkskens brengt op de allerhoogste trap  
Van 'swijsheyds Koningin bekroont word met lou-  
rieren,  
Waar mee Minerva vaak baar minnaars komt ver-  
sieren,  
Die altoos onvermoeid, gestadig dag en nacht,  
Najaagen de eedie dengd met onuitblutsbre kracht:  
Schoon haar veel onheil treft op Pallas gulde wegen,  
Soo sietmen dat bij haar op 't lest nog word verkregen  
De waare kennis van geleerdhelyd en verstand;  
In spijt der onkund' die ontaerde dwingeland!  
Die alle wetenschap en kunst zoekt te benijden,  
En haar geduurig komt op 't heevigste bestrijden:  
Want nummer wierd de kunst vervolgd met grooter haat  
Als van een weet-niet, die dezelve niet verstaat.  
Maar een regtsinnig brein zal nimmer haar veragten;  
Hij zal die eeuwiglijk behouden in gedagten.  
Dit hebt gij vaak betracht, gij hebt haar lang bemind,  
Waarom de wijsbeyd U heeft als haar zoon bezind;  
Dewijl zij heeft gezien uw grote naastigheeden;  
Die gij gestaadig kwaamt in Pallas School besteden  
Op dat gij weten mogt der kruijden deugd en kragt:  
'T nut der Genees.konst bij den kenners hoog geagt;  
Het nut der Heel.konst nooit met losgenoeg geprezen,  
En hoemen ziekte en wond van menschen moet genezen,  
Dit weet gij alles net mijn Heer en waarde vriend:  
Onfang dan't geen gij hebt met zoo veel eer verdiend,  
Neem aan de krans die nu Minerva U komt geven,  
Maak dat de menschen lang, bevrijd van ziekte, leven:  
Gaa voor met yver op dit wel begonne Spoor,  
Soo blaast de vliegge Faam uw lof de waereld door.

PETRUS DE KOK.

# AAN DEN ZELVEN.



Een kunst diende ooit zoo zeer gepreezen  
Als die, wélke ons geneezen kan.  
Waar in gij nu zijt onderweezen  
Van schrandre MUNNIKS én VALLAN,  
Die Utrechts Hooge-School doen blocijen  
Mét meerder luifter dan voorheen,  
Die door hunne yver aan zal groeijen  
En daag'lijks toeneemd ongemeen.  
Alleen't gedenken aan die Vaaders  
Verwékt dén Leerelingen moed,  
Doet hén ontroeren Hert én Aaders,  
Door kunst gekoesterd én gevoed.  
Gij, door dat voorbeeld aangedreeven,  
Stelde Uw vernuftig brein in't werk,  
Om teekens van Uw deugd te geeven,  
Dit was alleen Uw oogemerk.  
Ontfang dan't loon voor U beschooren,  
Groot Voedster-zoon van *Hippokraat*  
Of uit *Galenus* brein gebooren,  
Die U de kunst zoo wél verstaat.  
Gij hebt tér schérper proef gezeeten  
En zult nóg in hét openbaar  
Aan yder Uw verstand doen weeten,  
Gelijk een braave Reedenaar.  
Dus krijgt ge't loon, dat gij zijt waardig,  
Voor U bewaard én weggelegt,  
De Louwerier-krans is nu vaardig  
En word op uwe kruin gehegr.  
Hoe blij zal U *Ter Goes* ontfangen  
Om hulp te geeven voor de geen,  
Die naa uwe Artzenij verlangen.  
Vertoef dan niet, gaa schielijk heén,

Ge-

Gelijk een *Eskulaap* na Roomen,  
Genees de kwaalen die'er zijn,  
Wanneer ge in uwe Stad gekoomen  
Een middel geeft, voor ziekte én pijn:  
Volhard in kunst, dan zultge leeuen  
Tót Roem én Glorij van U zélf,  
En U een eeuwige Eer-naam gheeven,  
Diesteig'ren zal aan 't Star-gewélf.

H. VANDER MARK.

